Cottidiana ordinacio
omnium actuum hore in die

Domine deus qui es unus in essencia et trinus
in personis, tibi volo absolute omnes tuas per-
fectiones complacendo. Velut tibi offerendo ac
quando [illegible] ad laudem gloriam honorem et gratiarum
actionem hodie orare legere psallere cantare missam
celebrare ceteraque alia opera exteriora et interiora
facere intendo. Et in te deum meum cordialiter spero.
Volo quod omnibus sanctis suam beatitudinem cum gaudiis
suis, prout etiam omnibus fidelibus vivis et defunctis
et michi exopto, petens specialiter veniam peccatorum
meorum, pacem patrie, bonum statum sancte matris
ecclesie, omnibus hominibus sanctam et laudabilem conver-
sationem et felicem hic vitam consummatam, perveniendum
et regnantem in secula seculorum. Amen.

O domine Ihesu Christe fili dei vivi. Te verum
deum et verum hominem ex Maria virgine natum
creatorem redemptorem et salvatorem meum semper
cordialiter et vero corde confiteor et adoro. [illegible]
per [illegible] tua suppliciter [illegible] michi peccatori mi-
sero indulgere digneris culpa et pena. Vite quoque
[illegible] bonum laudabilem ac sanctum finem. Tibi quoque
deus meus [illegible] ac [illegible] commendo corpus meum
et animam meam. Amen.

National... bibliothek